

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Italia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

VOCALIS PRIMA. CAP. XVIII.

Sed ut ad rem nostram revertamur, à Phoenicibus etiam est honos habitus Bovi, qui literarum, ut fama est, inventores, prima vocalis nomine Bovem appellatabant, cum animal sit humano usui maxime necessarium. Quod vero necessarium est, ut dicit Hesiodus, neque secundum, neque tertium esse debet, sed primum illico: prima vero litera est A, qua suapte natura eximo barathri, nullius veluti reliquaz instrumenti indiga, ut puta lingua, dentium aut labiorū, libera pronunciatur, primaq; in infantibus articulata dignoscitur. At & terra, cuius symbolum est Bos, prima omnium humanae consuluit infirmitati, prima alimenta subministravit, prima rerum omnium usus, utilitatem, ab ea poscentibus, elargita est.

ITALIA. CAP. XIX.

Romanī porro tantum honoris Bovi tribuerunt, ut Italiam ipsam olim ab Italīs, nuncupatis Bo*Italia ety-*
mon.
bus, appellatam prædicerent, quamvis Græcorum figura, Eratosthenis que in primis conficiuntur
fit, Italiam ab Italo rege dictam, qui Hermogeti succederit. Non temere tamen Varro Boves ca-
teris pecudibus honore præstare, præsertim in Italia, & propter utilitatem, & propter cognomen
existimavit. Neque de dignati sunt Romani, quod memorat Plutarchus, bubulci nomen in familiis
admittere, perinde ac etiam & Porcios, & Caprarios dici se alii non erubuerunt.

CIVIS OPPRESSUS A PEREGRINO. CAP. XX.

Visebatur olim in Argivorum foro Tauras à Lupo superatus: hieroglyphicum id pugnam indicabat, quæ inter Danaum & Gelanorem de regno fuit. Horum siquidem animalium portento, dum comitia pro crastinabantur, oblato, viatoreque Lupo, omnium suffragia ad Danaum declinarunt, quem, utpote externum, Lupum esse dicebant, cum Gelanor inter eos versatus ci-villa corum negotia tractasset: ideoq; civis, uti Bos hu-
manæ consuetudinis confortia non reformidat, habetur. Argivi itaque figuram eam rei momentum esse voluerunt, quod in Lupi commentario latius explicavimus. Antiquissimam porro legem fuisse, memoriz pro ditum est, eum qui Bovem occidisset, non aliter capite damnari, quam si civem interfecisset. Unde apud Athēnienses Erechtheo imperante, cum sacro quadam Bo-
vem mactare necesse esset, ut facrum rite peragetur, ne qua legi fraus fieret: institutum ut Popa, quem illi βοῶποι appellabant, simul ac Bovem percussisset, relicta ad aram securi, arrepta statim fuga solum verteret, & ex Attica prorsus aufugeret: quod facinus ne impunitum relinqueretur, decretum sit securin ipsam in judicio ream constituiere: ex quo illa judicandi quotannis confuetudo postmodum inolevit. Apud priscos etiam Romanos invenias capitale fuisse, si quis Bovem interemisset.

OPUS ET LABOR. CAP. XXI.

De opere demum & labore hieroglyphica passim vulgata sunt, descripta quidem cornua caput-*Hori locus*
ve Bovis, maris opus, feminæ vero, labore, anxietatemque significare, quamvis in impressis *emenda-*
Hori codicibus θοὸς διctioutroq; lemmate desideratur: scribendum enim est ex vetustis codicibus *tus.*
manuscriptis, θοὸς ἀρρενεῖας, & inferius, θοὸς γηγενεῖας. Distinguuntur vero à cornuum
specie inæs & feminæ, quippe quod marium & majora & tortuosa sint, feminarum vero & mino-
ra, & uno flexu conspicua, cujusmodi fere sunt nova Luna: cornua: sed in hoc significato nonnulli
farcula, ligones, & si Deo placet, rastra etiam ad cornua religarunt. Sunt qui nulla maris femi-
næque differentia, Bovillum caput exertum pelle, purgatumque carne, pro labore & tolerantia
proponant.

E 3

FRU



libenim-
am lex
adserfas
bōbū per-
cuforam.